

ejus fundamenta ponenda in altitu-  
dine suæ misericordiæ super persona  
& officio filij sui charissimi Christi Je-  
su, velut super verissima petra salutis  
& rupe immobili, juxta vaticinium I-  
saïæ cap. 28. *Ecce ego mittam in fundamē-  
tis Sion lapidem, lapidem probatum, angu-  
larem, preciosum, in fundamento funda-  
tum; qui crediderit, nō festinet.* Super hac  
Petrica Christus Petro dicebat se ædifi-  
caturū Ecclesiam suam, illamq; adeo  
firmam & immobilē futuram, ut ipsæ  
inferorum portę adversus illam non  
sint prævalituræ. *Matth. 16.* Hanc Pe-  
tram prædicaverunt Petrus & Paulus;  
*2. Tim. 1. 1. Pet. 2.* Super hoc mirabilian-  
gulari lapide fundatus est, *Psalmus 118.*  
Huic deniq; fundamento super ædifi-  
cavit Deus nostram justitiam, fidem &  
beatitudinem. Porrò sicut pater no-  
ster cœlestis misericordissimus aby-  
sum Salutis & justitiæ nostræ in aby-  
so suæ misericordiæ, in charitate per-  
petua, in filio suo charissimo, & deniq;  
in amabilissimo paternoq; suo corde  
collocavit: ita eandē fundavit in pro- *Quare*  
fundo cordis nostri, inq; penitissimo *Deus ju-*  
& altissimo animæ fundo, ut per no- *stitiam*  
vam lucem & iirtutem diuinæ fidei, *fidei ad-*  
*scribam.*